



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

LXII. Veronensis Episcopi Ordinaria privativa auctoritate in Civitatem
universamque Diœcesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictio,
quam idem Episcopus in Capitulum, subjectasque tum ipsi, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74789)

LXII.

Veronenfis Epifcopi Ordinaria privativa aucto-
ritate in Civitatem univerfamque Diocefim
Veronenfem redintegrata, definitur jurifdi-
ctio, quam idem Epifcopus in Capitulum
fubjectafque tum ipfi, tum Monafterio S.
Marie in Organis Veronen., Parochiales,
ac fimplices Ecclefias, & Perfonas earum
fervitio addictas, utatur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam
rei memoriam.*

Proemium.
Pontificis
providentia
in extinguendis
diffidatibus
feminibus.

REGIS pacifici vices divinitus Nobis, licet
immeritis, conceditis, non fatis cumu-
late impleviffe videremur, fi poftquam perturba-
tum Ecclefiarum regimen & adminiftrationem
pro viribus componere ftudimus, non ea quo-
que femina reftinguere, noxiafque radices fun-
ditus evellere conaremur, ex quibus, cum an-
teactis temporibus plura fepe eruperint litium ac
discordiarum incommoda, jure meritoque perti-
mefcendum eft, ne futuri quoque temporibus,
inimici hominis prevalentis verufia, ejuſdem
generis prava germina in Dominici agri popula-
tionem fucreſcant.

Suppreſſio
Patriarchatus
Aquilaenſis, nec
non Utinen-
fis, & Goriz-
tientiſis Archi-
epifcopatus
erectio com-
memoratur.

§. 2. Quum itaque poſt Aquilejenſis Pa-
triarchatus omnimodam ſuppreſſionem & extin-
ctionem, per Nos, coherentem ad ea, que
inter Cariffimam in Chriſto Filiam Noſtram Ma-
riam Thereſiam Romanorum electam Imperatri-
cem, Hungarie & Bohemie Reginam, Auftrie
Archiducem, ex una parte, dilectofque Filios
Nobiles Viros Ducem & Rempubliam Veneti-
arum ex altera, feliciter convenita fuerant,
concluſam peractamque per Noſtras Apoſtolicas
Litteras, Anno Incarnationis Dominice 1751.
pridie nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno XI.
datas, quarum initium eſt *Injuncta Nobis*; qui-
buſque etiam ex tunc decreta & ſtatuta ſunt
duorum Archiepiſcopatum Utinenſis & Gorizien-
ſis erectio, cum reſpectiva Dioceſum, Pro-
vinciarum, & Suffraganeorum aſſignatione, pec-
uliariter deinceps ordinanda; ſubinde per alias
Noſtras Apoſtolicas Litteras datas Anno ejuſ-
dem Incarnationis 1752, xiv. Kalend. Februa-
rii, Pontificatus Noſtri Anno XIII, quibus
initium eſt: *Suprema diſpoſitione*, Archiepiſ-
copalis Eccleſie Utinenſis erectionem, cum om-
nibus ad ipſius ſtatum & mentem, jura, at-
que jurifdictionem tam Dioceſanam, quam etiam
Metropolitam, pertinentibus, plenius & uberius
compleverimus; animo repetentes innumera-
litum & controverſiarum capita, quibus Ec-
cleſia Veronenſis ſepe turbata fuit, propter
eam jurifdictionis partem, qua olim exiſtentes
Patriarche Aquilejenſes in ipſius Veronenſis Ec-
cleſie Capitulum & Canonicos, nec non Ec-
cleſias, & loca, ac perſonas ab ipſis depen-
dentes, ſicut etiam in Monafterium S. Marie
in Organis nuncupate, Ordinis S. Benedicti,
Congregationis Montis Oliveti, in eadem Ve-
ronenſi Civitate exiſtens, ejuſque ſimiliter depen-
dentias, fruebantur; ſcientefque hujufmodi
controverſiſ & litibus penitus extinguentis & in
futurum tempus precavendis, per iteratas con-
cordias, lauda, & tranſactiones inter Epifcopos
Veronenſes, ejuſque Eccleſie Capitulum & Ca-
nonicos, ſeu etiam preſati Monafterii Abbates,
diverſis temporibus initas, nunquam ſatis pro-
ſpectum fuiſſe; ad eas aliquando compendendas,
earumque occaſiones omnino de medio tollendas,
preſcriptorum etiam nobilium Virorum Ducis &

Extant
Tom. III.
Conſ. L.
In hac Edi-
tione Conſ.
LIII. p. 224.
& ſeq.

Relate ſunt
Tom. IV.
In hac Edi-
tione Tom.
XIX. pag. 23.
& ſeq.

Novæ Pon-
tificie provi-
dentie ſub-
jectum, Ca-
pitulum Ve-
ronenſe, &
Monafterium
S. Marie in
Organis, eo-
rumque depen-
dentia.

Reipublice Venetiarum piis & laudabilibus vo-
tis hac in parte liberenter obſecundantes, Nobis
propofuimus, quum primum aſſerta partium jura
diſcuti potuiſſent, opportunam rebus perpetuo
componendis adhibere providentiam, ſuum tamen
effectum & executionem habituram dumtaxat poſt
obitum Dilecti Filii Noſtri Danielis Tituli Sancte
Marie ſupra Minervam S. R. E. Presbyteri
Cardinalis Patriarche Delphini nuncupati, cui
priſtinam circa premiſſa in Civitate & Dioceſi
Veronenſi jurifdictionem, ejuſque exercitium,
vita ejus naturali durante, integram, & libe-
rum, ut antea, manere volumus. Nunc ita-
que, poſtquam innumera documenta a predictis
partibus exhibita, copioſafque allegationes pro
eorum reſpective juribus tuendis elaboratas, di-
ligenti & maturo examine perpendimus, ſupre-
mam operi manum imponere, & opportunas
circa eadem premiſſa leges ordinationes edere
deliberavimus.

§. 3. Itaque motu proprio, & ex certa
ſcientia, ac de Apoſtolicæ auctoritatis plenitu-
dine, per hanc Noſtram perpetuo valituram Con-
ſtitutionem (cujus tamen effectum, durante vita
preſati Danielis Cardinalis & Patriarche, ſuſ-
penſum, ut ſupra, fore decernimus; & ſub cu-
jus diſpoſitione nec Monafterium, Abbatiam nun-
cupatum, S. Zenonis, ejuſque dependentias, in
eadem Veronenſi Civitate ſeu Dioceſi exiſtens,
& reſpective exiſtentes, dictique Monafterii Ab-
batem Commendatarium, nullo modo compre-
hendere intendimus; ſicuti etiam Eccleſias & pia
loca Veronenſi Capitulo quidem ſubjecta, ſed
extra Veronenſis Dioceſis fines, inter aliarum
Dioceſum ambitum conſtituta, ſi que ſint, ne-
quaquam comprehenſa fore declaramus), omnes
& ſingulas lites, cauſas, & controverſias, cu-
juſvis generis, in quibuſvis Tribunalibus, ſeu
coram quibuſvis Judicibus, in quacumque inſtan-
tia, inter Ven. Fratrem Epifcopum Veronenſem
ex una, & dilectos filios Veronenſis Eccleſie
Capitulum, Archipreſbyterum, & Canonicos,
ſeu etiam preſatum Monafterium S. Marie in
Organis nuncupate, illiuſque Abbatem, & Con-
ventum, ex altera partibus, introductas, con-
teſtatas, atque pendentes (quarum ſtatus & me-
rita, & alia quecumque, etiam de neceſſitate
juris vel facti omnino exprimenda, pro plene
& ſufficienter expreſſis haberi volumus) ad Nos
avocamus, penitusque & omnino ſupprimimus &
extinguimus, perpetuumque deſuper ſilentium
partibus imponimus, atque os occcludimus. In-
ſuper omnia & ſingula cujuſvis generis Indulta,
gratias, & Privilegia preſatis Epifcopo & Ec-
cleſie Veronenſi, nec non Capitulo, Archi-
preſbytero, & Canonicis, ac etiam Monafterio
& Abbatibus preſcriptis, quavis, etiam Apoſto-
lica Romanorum Pontificum Predeceſſorum No-
ſtrorum, & Noſtra, ſeu Patriarchali Aquilejen-
ſis olim exiſtents Eccleſie Preſulium, aut reſ-
pective Epifcopali Veronenſium Antifitium, con-
ceſſione & auctoritate, ſub quibuſcumque tenori-
bus & formis, & cum quibuſvis clauſulis, quo-
cumque tempore & quavis de cauſa, ſeu titulo,
etiam oneroſo, largita, & emanata, ac ſæpius
& iterum, etiam in Generalibus, Provincialibus,
aut Synodalibus Conciliis approbata, confirmata,
& innovata; tranſactiones quoque, lauda, &
concordias, etiam juramento, aut ſpeciali confir-
matione Apoſtolica, ſeu longi & immemorabilis
temporis uſu & conſuetudine, aut quavis firmitate
alia roboratas (quorum & quarum tenores pro hic
ſatis expreſſis, ac etiam de verbo ad verbum in-
ſertis, formalque in illis traditis pro plene obſer-
vatis, haberi decernimus) quatenus tamen preſen-
tibus litteris, ſeu alicui ex iis, que per eandem
preſentes inferius ſtatueri ac diſponere intendi-
mus, quoquo modo adverſentur, preſcripta aucto-

Suſpenſa
executione
Litterarum
Apoſtolicarum
durante
vita Cardi-
nalis Delphi-
ni.

Expreſſo
quorundam
locorum, ad
que inferius
diſpoſita non
porriguntur.

Avocatio,
& ſuppreſſio
quarumcum-
que litium.

Ampliſſima-
que derogatio
jurium,
ac ritulorum,
que inferius
ſtatuentis
adverſentur.

ritatis Nostræ plenitudine, revocamus, cassamus, & abolemus; omnesque alios, & quoslibet juris titulos, tam per Episcopum, quam per Capitulum, Archipresbyterum & Canonicos, seu Monasterium & Abbates prædictos, sive ex præmissis, sive etiam ex iuribus præfati Aquilejensis Patriarchatus per Nos, ut præfertur, suppressi & extincti, adversus eadem inferius per Nos statuenda & ordinanda forsan deducendos, & allegandos, rejicimus, ac de medio tollimus per præsentem.

§. 4. Iisdemque motu, scientia, & potestatis plenitudine, volumus, decernimus, & declaramus, præfatum Episcopum Veronensem pro tempore existentem, solum & unicum immediatum & universalem Ordinarium esse & haberi in tota Veronensi Civitate & Diocesi, & in quacumque ipsius Civitatis atque Diocesis parte, & uti talem ab omnibus & singulis reputari, agnosci, & honorari debere; ita ut neque futurus & pro tempore existens Archiepiscopus Utinensis, etiam sub obtentu iurium præfati Aquilejensis Patriarchatus per Nos, ut præfertur, suppressi & extincti, neque Archipresbyter, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Veronensis, neque Abbas & Conventus præfati Monasterii S. Mariæ in Organis nuncupate, ullum Titulum, seu Jus Ordinarium in aliquam præfate Veronensis Civitatis atque Diocesis partem, vel in aliquam ipsius Civitatis atque Diocesis Parochiam, in posterum sibi arrogare, aut prætere, nec ullum Episcopalis, seu quasi, & Ordinariæ jurisdictionis actum in eisdem Diocesis aut Parochiæ Clerum & Populum exercere possint aut valeant.

§. 5. Salvo dumtaxat, & reservato favore prædicti Utinensis Archiepiscopi pro tempore existentis Jure Metropolitico, ejusque exercitio in dicta Veronensi Civitate & Diocesi ad formam Sacrorum Canonum; & juxta methodum atque rationem, qua alii Archiepiscopi, & Metropolitanæ, hujusmodi jus exercere valent in Suffraganeorum Civitatibus & Diocesis, secundum ea, quæ in sacro Tridentino Concilio præscripta sunt, & non aliter, nec alio modo.

§. 6. Et salvis insuper ac præservatis favore Archipresbyteri, aliarumque Dignitatum, atque Capituli dictæ Veronensis Cathedralis Ecclesiæ, nec non Abbatis & Monasterii S. Mariæ in Organis nuncupate, infra scriptis Privilegiis, exemptionibus, & Prærogativis; quas Nos in posterum ipsis, juxta modum mox exprimentum, competere volumus, ac respective iisdem de Apostolica liberalitate perpetuo concedimus & elargimur.

§. 7. Poterit itaque Episcopus Veronensis, vel potius debet, quotiescumque opus fuerit, visitare Capitulum dictæ Cathedralis Ecclesiæ, singularesque Personas Dignitates in ea obtinentes, ipsiusque Ecclesiæ Canonicos, ac inferiorem Clerum, & omnes ejusdem Ecclesiæ Ministros, eique quomodolibet inservientes; atque eos omnes & singulos, in actu visitationis hujusmodi, vel per se ipsum solum, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta prælaudari Concilii Tridentini Decretum in *Cap. 3. & 4. Sess. 6. de Reform.* admonere, corrigere, & emendare.

§. 8. At ubi idem Episcopus, extra Visitacionis actum procedere velit contra aliquem ex Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ, seu ex his, qui Dignitates in ea obtinent & pro tempore obtinebunt, sive id fiat ex officio, sive ad petitionem Partis; tunc, habita ratione Privilegiorum exemptionis, quæ retroactis temporibus eidem Veronensi Capitulo concessa fuerunt, teneatur in omnibus & per omnia procedere ad formam in eodem Concilio Tridentino præscrip-

tam *Cap. 6. Sess. 25. de Ref.*, dummodo tamen Capitulum idem infra terminum xx. dierum, postquam præsentium literarum executioni locus factus fuerit, ac subinde initio cujusque anni, duos Adjunctos, prout a præfato Concilio dicto *Cap. 6.* exemptis Cathedralium Ecclesiarum Capitulis conceditur, elegerit, & Episcopo significaverit. Quod si Capitulum præscripto tempore hujusmodi adjunctorum electionem facere, & Episcopo significare neglexerit; tunc liceat eidem Episcopo adversus Dignitates & Canonicos, quoties ita res ferent, etiam extra Visitacionem procedere, vel per se ipsum solum, vel aliis adjunctis, qui sibi magis videbantur, in eum finem assumptis.

§. 9. Cathedralis autem Ecclesiæ regimen, quoad ea, quæ spectant ad Divina Officia, & ad observantiam Ecclesiasticæ Disciplinæ in eadem Ecclesia, ad Episcopum & ad Capitulum cumulative pertineat; ita tamen ut Episcopi mandata, & ordinationes, in casu oppositionis & discrepantiæ, omnino prevalere debeant, & promptam executionem fortiantur.

§. 10. Sacrarum vero, ac Supellectilium, & Campanarum, omniumque aliarum rerum ad Fabricam, & ad materiam ejusdem Cathedralis Ecclesiæ statum quoquo modo pertinentium, administratio & dispositio, ad solum spectet Episcopum, cui etiam antea subiecti esse debebant Sacrista, & *Zaghi* nuncupati, nec non Campanarum pulsatores, in omnibus, & per omnia, præterquam in iis rebus, in quibus, juxta Ordinationes anno 1615. a bo. me. Augustino Card. Valerio, tunc Veronensis Ecclesiæ Præsule, & ab ejusdem Ecclesiæ Capitulo conjunctim editas, quas etiam in posterum hac in parte servandas decernimus, cumulative auctoritati Episcopi, & Capituli subiecti fuerunt.

§. 11. Bonorum autem atque reddituum ad mensam Capitularem spectantium omnimoda & libera administratio ad Capitulum private pertineat. Quo vero ad Thesaurarium, servantur ea, quæ in erectione hujusmodi Thesaurariatus Officii disposita fuerunt; ut scilicet Thesaurarius, in iis, quæ spectant ad ipsius Officium, & ad exercitium Divini cultus intra Ecclesiam, Archipresbytero subiectus esse debeat, eique obtemperare; de expensis autem, & administratione reddituum, Episcopo soli rationem reddat, & si culpabilis in his repertus fuerit, ab eo dumtaxat corrigendus sit, & pro modo culpæ puniendus.

§. 12. Alia vero mensa, *Acolythorum* nuncupata, per unum ex Canonicis a Capitulo pro tempore deputatum, ut hæcenus servatum fuit, gubernari & administrari debet; ea tamen lege, ut Canonicus ille administrationis suæ rationes tam Episcopo, quam Capitulo reddere teneatur, & si quid forte deliquerit, ab utroque pro merito puniri possit; ita ut inter eos locus sit præventioni.

§. 13. Hujusmodi autem *Acolythorum* electio ad Episcopum & ad Capitulum, alternis vicibus, ut antea, ita & in posterum pertinebit; sed eorum magistri tam in Grammatica, quam in Cantu Ecclesiastico, prout etiam Cantores, ab Episcopo & Capitulo eligentur, ea plane servata methodo, quæ antehac in similibus electionibus obtinuit.

§. 14. Integrum erit Archipresbytero, Dignitatibus, & Canonicis, tam in solemnæ, quam in privata Missarum celebratione, in Cathedrali Ecclesia, & extra eam, Palmula, seu *Buggia* libere uti, ad formam specialis Indulti eidem a Nobis concessi per Literas Apostolicas in forma Brevis datas die 19. Januarii anno 1749.

Veronensi Archiepiscopo, private ad quoscunque, Ordinarii jura & auctoritas in Civitate & Diocesi Veronensi afferuntur.

Jus Metropolitici Archiepiscopo Veronensi præservatur.

Nec non exemptionis, & privilegia Capituli & Monasterii S. Mariæ in Organis Veronæ, sub certa tamen moderatione mox subjiçienda.

Jus Veronensis Episcopi, visitandi, & corrigendi Capitulum, omnesque Ecclesiæ Ministros.

Extra Visitacionem quomodo idem procedat contra Canonicos, vel Dignitates.

Cathedralis regimen in quibus commune sit Episcopo cum Capitulo.

In quibus Episcopo private.

Mensa Capitularis administratio private Capituli.

Thesaurarius in quibus Episcopo, vel Archipresbytero sit subiectus.

Acolythorum mensa a quo administranda, quibus reddenda administrationis ratio.

Acolythi, magistri Cantus, & Grammaticæ, ipsique Cantores, quomodo eligendi.

Privilegium Canonico utendi *Buggia*

Onus Capituli & Canonico-
rum quoad Synodum
Dioecesanā, & assentia
Episcopo
præferendam.

Expositio Eu-
charistia, nec
non elemo-
synarum di-
stributio Episcopi
arbitrio
præservatur.

Dignitates
Ecclesie Veronensis
quomodo provi-
denda.

Capituli jus
quoad Collationem
Canonicatum,
aliorumque
Beneficio-
rum, quibus
cura anima-
rum non ad-
hæreat.

Theologalis
Canonicatus
& Præbenda
quomodo
providenda.

Forma provi-
dendi Paro-
chiales alia-
que Curata
Beneficia, ad
collationem
Capituli spe-
ctantia.

Catalogus
hujusmodi
Parochialium
Ecclesiarum.

§. 15. Synodo Dioecesanâ interesse tenebitur Capitulum Cathedralis Ecclesie. Episcopo autem Pontificalia exercenti, tam intra, quam extra eandem Cathedralē Ecclesiam, dummodo intra Civitatem, duo ex Canonicis assistentiam præstare debebunt. Qui vero Canonici Episcopo sacram Visitationem peragenti operam suam navabunt, Præbendâ quidem fructus, non autem distributiones quotidianas lucrabuntur.

§. 16. Augustissimâ Eucharistia expositio-
nem, quæ stans per annum temporibus, quadraginta horarum spatio, in dictâ Cathedrali Ecclesia fieri solet; sicuti etiam distributionem Elemosynarum, quæ in eadem Ecclesia Cathedrali colliguntur, solus semper Episcopus arbitrio suo moderabitur.

§. 17. Excepta Archipresbyteratus Dignitate, quæ prima post Pontificalem in dictâ Veronensi Ecclesia esse dignoscitur, atque idcirco Nostrâ & Apostolicâ Sedis dispositioni, collationi, & provisioni semper & quodcumque reservata esse & censeri debet; reliquæ duæ, nimirum Præpositura, quæ secunda, ac Thesaurarius, quæ tertia, in eadem Ecclesia Dignitates existunt, de Jure Patronatus Ecclesiastico ejusdem Capituli, ut hæcenus fuerunt, ita etiam in posterum remanere debebunt, & ad illas nominatio seu præsentatio personarum idonearum, in eis ad nominationem seu præsentationem hujusmodi per Episcopum instituendam, ad dictum Capitulum pertinebit. Ita pariter Capitulum in sua antiquissima & immemorabili possessione permanebit, conferendi videlicet in mensibus Apostolica Sedi non reservatis, aliisque cessantibus Apostolicis reservationibus & affectionibus, tam ipsius Cathedralis Ecclesie Canonicatus & Præbendas, quam cætera omnia Ecclesiastica Beneficia & Cappellanas, quibus animarum cura adnexa non sit, in eadem Cathedrali Ecclesia, & extra eam consistentia, quæ tamen, juxta ultimum statum, ad ipsius Capituli collationem, & provisionem pertinere dignoscantur.

§. 18. Ad Theologalem Præbendam & Canonicatum, quoties illum & illam pro tempore vacare contigerit, Episcopus quidem duos proponet & nominabit, Capitulum vero ex his duobus nominatis unum eligere debet, de hujusmodi Canonicatu & Præbenda providendum, quemadmodum hæc usque servatum fuit.

§. 19. Quod autem spectat ad infra scriptas Parochiales Ecclesias eidem Capitulo subjectas, & alia, si quæ sint, Ecclesiastica Beneficia, quibus adnexa sit animarum cura, quæque, juxta ultimum statum, ad ipsius Capituli collationem pertinere dignoscantur, quoties, & quocumque anni mense, illas & illa vacare contingerit, toties ab Episcopo deputandus erit Oeconomus ad eorum temporariam administrationem & curam, & ab eodem Episcopo publicanda erunt Edicta pro concursu habendo, adhibitis Examinatoribus Synodalibus, juxta Decretum sæpèdicti Concilii Tridentini Sess. 24. Cap. 18. de Reform. Hoc tamen servato, ut si vacatio in mense Capitulari contingerit, absoluto examine, Episcopus duos eligat ex iis, qui a prædictis Examinatoribus approbati fuerint, eosque significet Capitulo, cui libera erit facultas conferendi Ecclesiam, seu Beneficium curatum, vel uni, vel alteri ex his duobus, & supra approbatis & prælectis. Quod si Examinatores unum tantummodo sententis suis approbaverint, huic uni, ab Episcopo nominando, collatio seu deputatio per Capitulum concedenda erit.

§. 20. Ecclesie autem Curatæ, seu Parochiales, prædicto Capitulo Veronensi subjectæ,

de quibus præmissa Decreta intelligenda sunt, sequentes dumtaxat, & non alia, sunt, & censeri debent; nimirum I. Ecclesia Archipresbyteralis Sancti Joannis in Valle. II. Ecclesia similiter Archipresbyteralis Sancti Pauli in Campo Martio. III. Ecclesia pariter Archipresbyteralis Sancti Joannis in Quintiano. IV. Ecclesia Parochialis Sancti Joannis in Fonte nuncupati. V. Item Ecclesia Parochialis Sancti Clementis. VI. Ecclesia Parochialis Sanctæ Cæcilie. VII. Parochialis Ecclesia Sanctæ Mariæ Consolatricis nuncupatæ. VIII. Ecclesia pariter Parochialis Sanctorum Firmi & Rustici in Curte Alta. IX. Item Ecclesia Parochialis Sancti Michaelis in Campo nuncupati, cui adnexum est Monialium Monasterium eidem Capitulo Veronensi subiectum. X. Ecclesia Parochialis Omnium Sanctorum in loco Mazzani. XI. Denique Ecclesia Parochialis Sanctæ Mariæ in Cinto Territorii Patavini, si tamen in Veronensi Dioecesi sita competiat; alioquin si in Patavina Dioecesi constituta sit, eam sub præsentis Constitutionis Nostræ censura, juxta id, quod initio declaravimus, nequaquam comprehensam volumus.

§. 21. De Ecclesia autem, sive Cappella Sancti Georgii in Domo nuncupati, quæ etiam Sanctæ Helenæ nunc temporis appellatur, præfata Cathedrali Ecclesie contigua, sine peculiari tamen Turri Campanaria, & sine Campanis, quamvis novissime sub annum 1740. a Patriarcha Aquilejensi in Parochiam specialem Canonico-
rum dictæ Cathedralis Ecclesie erecta fuerit, volumus, decernimus, atque statuimus, ut ea deinceps pro Parochiali Ecclesia nullatenus habeatur; Nos enim, dictâ Apostolica auctoritate, ac earundem præsentium tenore, omnem in ea Parochialitatis titulum, qualitatem, & denominationem supprimimus & extinguimus, atque omnia Parochialia jura ab ea separamus & abdicamus, eamque in pristinum statum, in quo ante præfatam erectionem in Parochialem reperiatur, reducimus & revocamus; ita ut uniusquisque ex Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesie, ac Dignitates in ea obtinentibus, qui sparsim per Civitatem sua quique domicilia incolunt, illam tantummodo Ecclesiam, & non aliam, in propriam respectivè Parochiam agnoscere teneantur, in cujus districtu singuli domicilium habent. In præfata autem Ecclesia sive Cappella retineatur dumtaxat Fons Baptismalis, quemadmodum a vetustissimis temporibus inibi extitisse dignoscitur.

§. 22. At præter memoratas Parochiales Ecclesias, eidem insuper Capitulo subjectæ sunt, ac pro subjectis in posterum haberi debebunt infra scriptæ etiam Ecclesie, sive Cappellæ, aut Oratoria, seu Hospitalia, quibus adnexa non est animarum cura, & non alia, seu alia: videlicet I. Ecclesia præfata sive Cappella Sancti Georgii in Domo, nunc etiam Sanctæ Helenæ nuncupata, prædictæ Cathedrali Ecclesie contigua; quam scilicet, quum jam inde a primæva sua antiquissima fundatione sub protectione tunc existentis Patriarchæ Aquilejensis constitutam & receptam fuisse constet; Nos nunc, attendita hujusmodi Patriarchatus suppressione & extinctione per Nos, ut præfertur, facta, sub immediata Nostrâ & Apostolicâ Sedis protectione suscipimus, ac perpetuo constituimus; volentes nihilominus, ut temporalium bonorum atque reddituum, quæ ad ipsam Ecclesiam sive Cappellam pertinent, & pertinebunt in posterum, omnimoda administratio, per dictâ Cathedralis Ecclesie Capitulum & Canonicos, absque ulla Episcopi Veronensis, seu alterius cujusque Ordinarii, aut Metropolitanæ ingerentia, libere geratur & exerceatur. II. Ecclesia Sancti Pauli Vetuli nuncupati juxta ripam Athesis.

Ecclesia S. Georgii in Domo, seu S. Helenæ, ademptis Parochiali jure, acti-
tulo, ad pristinum statum restitu-
tur.

Ecclesie non curatæ, Cappellæ, seu Oratoria Capitulo subjecta enumerantur

III. Ecclesia Sancti Blasii in Districtu prefate Parochie S. Clementis. IV. Ecclesia Sancti Faustini de Monte Draconis: In quibus quatuor Ecclesiis ad sunt quedam Beneficia simplicia, ad collationem seu institutionem ejusdem Capituli pro tempore providenda. V. Ecclesia seu Hospitale S. Martie Novellae nuncupate, prope Canoniam. VI. Ecclesia, seu Hospitale Sancti Joannis in Sacco nuncupati sub predicta Parochia S. Pauli in Campo Martio. VII. Ecclesia seu Hospitale S. Jacobi de Galbæcia nuncupati, sub eadem Parochia S. Pauli: Quæ quidem tria Hospitalia a Laicis reguntur & administrentur: predicto autem S. Joannis in Sacco dumtaxat, quatuor præfident Commissarii, a pro tempore existente Marchione Familie illorum de Malaspina Fundatorum deputati, videlicet unus ex Canonicis prefate Cathedralis Ecclesie, ac tres Regularium Conventuum Superiores. VIII. Ecclesia seu Oratorium sub titulo S. Rochi, vel S. Alexandri, Parochia S. Joannis de Quintiano. Hæc autem Ecclesia, seu Oratorium, alias, ut accepimus, a prefatis Capitulo & Canonicis concessa fuit Communi Civitatis Veronenfis; quod quidem Commune ad Beneficium simplex in ea erectum, quoties illud vacare contingit, unum Clericum seu Presbyterum præsentat Capitulo, a quo idem per suas Bullas instituitur, & de eo providetur. IX. Ecclesia seu Oratorium, Sepulchrum S. Rochetti in Monte nuncupatum, quod simplex est Eremitorium nullo Ecclesiastico Beneficio decoratum. X. Denique Ecclesia seu Oratorium S. Valentini prope dictam Parochialem Ecclesiam de Quintiano, in quo nullum pariter Ecclesiasticum Beneficium erectum reperitur, sed a pio Laicorum sodalitia Divina Officia in eo perfolvantur.

Has omnes tam curatas, quam non curatas Ecclesias visitare potest Capitulum per suos Deputatos, salvis tamen juribus Episcopalis visitationis.

§. 23. Has omnes Ecclesias, tam Parochiales, quam non Parochiales, Cappellas, Oratoria, seu Eremitoria, quas, & quæ hæcenus propriis invocationibus atque denominationibus expressimus, & non alias, seu alia, poterit Capitulum per Visitatores a se deputatos, qui tamen prius ab Episcopo pro tempore approbati sint, visitandas curare, non ita tamen, ut vetitum sit Episcopo, illas & illa, quantumvis Capitulo, ut præfertur, subiectas atque subiecta, seorsum visitare, tam per se ipsum, quam, si ipse impeditus fuerit, per alios Visitatores a se deputatos, servata videlicet in omnibus prefati Tridentini Concilii sanctione in Cap. 3. Sess. 24. de Refor. prout etiam alias definitum fuit a Congregatione Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum, in causa Veronen. proposita & decisa die 24. Aprilis anni 1595. Id quod potissimum vitare & servari debet in visitatione eorum omnium, quæ animarum curam, ejusque exercitium, & Sacramentorum administrationem concernunt; circa quæ, si aliqua forte in decretis, ordinationibus, & mandatis discrepantia occurrat, volumus, statuimus, & declaramus, potiora semper haberi ea, quæ Episcopus decreverit, jufferit, atque præscripserit; juxta ea, quæ Nos ipsi alias decrevimus in Nostra Constitutione, quæ incipit: *Firmandis*, Data VIII. Idus Novembris 1744. & impressa in Bullarii Nostri Tom. I. num. 109. *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 249. Confessarii & Vicarii curati in hujusmodi Ecclesiis quomodo assumendi, quomodo in d. & Concionatores.

§. 24. Confessarii, & Parochorum adjutores in exercitio curæ animarum, per Capitulum assumpti, aut assumendi pro dictarum Ecclesiarum Parochialium eidem Capitulo subiectarum servitio, ab Episcopo antea examinandi & approbandi erunt. Neque vero cuiquam licebit in prefatis, sive Parochialibus, sive non Parochialibus Ecclesiis, Verbum Dei prædicare, nisi prius, & mandatum a Capitulo habuerit, & Benedictionem ab Episcopo petierit atque obtinuerit.

§. 25. Quod autem pertinet ad Monasterium Monialium, quod, uti superius innuimus, adnexum est prefate Ecclesie Parochiali S. Michaelis in Campo nuncupati, eidem Capitulo Veronenfi subiectæ; poterunt quidem Monasterium hujusmodi, ejusque Moniales, ab Archiepiscopo & Capitulo visitari; servata tamen, quoad modum & tempus visitationis, & quoad Visitatorum numerum, forma præscripta per fel. record. Prædecessorem Nostrum Alexandrum Papam VII. in sua Constitutione, quæ incipit: *Felici*, impressa, in Bullar. Tom. VI. inter Constitutiones ejusdem Pontificis num. 153. *, quæ scilicet opportunas leges, in visitationibus Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum servandas, præscripsit. Sed non ideo interdichum erit Episcopo, quo minus & ipse seorsim idem Monasterium ejusque Moniales visitet, prout in dicta Alexandri Prædecessoris Constitutione decretum legitur; & omnem aliam jurisdictionem in hujusmodi Monasterium atque Moniales libere exerceat, quæcumque, in vim Decretorum Concilii Tridentini, nec non notissimæ Constitutionis piæ mem. Prædecessoris pariter Nostri Gregorii Papæ XV., cujus initium est *Inscrutabili*, aliarumque Apostolicarum Constitutionum, Episcopo Diocesano competit in Monasteria Monialium, etiam Regularibus & Exemptis subiectarum. Quocirca nemini licebit munus Confessarii Ordinarii aut Extraordinarii earumdem Monialium assumere & exercere, quamvis ad id à Capitulo deputatus sit, nisi antea ab eodem Episcopo pro Monialibus specialiter approbatus fuerit. Licentiæ quoque ingrediendi Monasterium, aut alloquendi prædictas Moniales, nemini suffragabuntur, nisi eadem non solum ab Archiepiscopo, sed etiam ab Episcopo fuerint impetrata.

§. 26. Quæstionandi licentiam & facultatem, extra superius recensitas Ecclesias sibi subiectas, non poterit Capitulum cuiquam concedere.

§. 27. Idem absolutiones a casibus & censuris quibuslibet sibi neutiquam reservare poterit; minusque absolvere per se vel per alios a casibus & censuris, quorum & quarum absolutionem & relaxationem Episcopus sibi reservaverit, aut in posterum reservare voluerit; ac multo etiam minus a censuris Papalibus, etiam in iis casibus, in quibus concessum est Episcopis ab eorum vinculo poenitentis absolvere. Denique nec vota relaxare, nec in dispensationibus concedendis aut exequendis ulatenus se valeat immiscere.

§. 28. Liceat solummodo prefatis Archiepiscopo, & Capitulo licentias vescendi cibis ab Ecclesia vitatis, in Quadragesima, aliisque diebus estrialibus, concedere personis Ecclesiasticis dictarum Ecclesiarum sibi subiectarum servitio addictis, accedente tamen consilio utriusque medici, & servata lege jejunii, diebus illis, quibus id ab Ecclesia præcipitur: at nunquam ipsis licebit hujusmodi facultatem sive Indulgentiam concedere Laicis quibuscumque; cum quibus nimirum solus Episcopus poterit dispensare.

§. 29. Cause Matrimoniales, quas inter Personas sub Parochiis dictarum Ecclesiarum Capitulo subiectarum degentes, oriri & agitari contingat, ad Episcopi judicium, exclusis quibuslibet aliis, pertinebunt. Quod si, earum occasione, opus erit inhibitionem aliquam ad hujusmodi Ecclesiarum Parochos dirigere, hæc quidem in Officio, seu Cancellaria Episcopali efformanda erit, mox ad Capitulum transmittenda, cujus Deputati eandem, nulla interposita mora aut exceptione, subscribere tenebuntur; idque in prima tantummodo inhibitione in singulis causis expedienda servabitur; nam quoad

Jura & auctoritates Episcopi & Capituli in Monasterium Monialium adnexum Parochiali S. Michaelis in Campo.

* In hac Editione Tom. VI. Const. CLIII. pag. 268.

Capitulum nequit facultatem concedere quæstionandi extra memoratas Ecclesias.

Nec casus sibi reservare, aut a reservatis casibus, vel censuris quibuscumque, etiam per alios, absolvere; multo minus in dispensationibus se immiscere.

Indulgentiam tamen concedere liceat vescendi cibis vitatis, sed Ecclesiasticis tantummodo.

Matrimoniales causas, & dispensationes, quomodo a solo Episcopo cognoscendæ, concedendæ, & respectivo exequendæ.

cæteros subsequentes actus, Episcopus libere procedet, suæque omnimoda auctoritate fruatur. Ita pariter solius Episcopi erit dispensare super denunciationibus, quæ ante Matrimonii celebrationem fieri debent; sicut etiam licentias ad Matrimonium contrahendum impertiri; dispensationes Matrimoniales ab Apostolica Sede concessas executioni mandare; ac demum in omnibus rebus, quæ Matrimonia quomodolibet concernunt, ea omnia præstare & facere, quæ ad Episcopalem & Ordinariam jurisdictionem pertinere dignoscuntur.

§. 30. Criminales Causæ contra prædictos Parochos, & quoscumque alios in recensitis superius Ecclesiis Capitulo subjectis Sacramenta administrantes, illæ videlicet, in quibus, legitimo efformato Processu, servataque Judicii forma legibus præscripta, extra visitationem procedendum erit, si quidem reorum crimina ipsam animarum curam, & Sacramentorum administrationem concernant, cumulatim jurisdictionis erunt, tam scilicet Episcopi, quam Capituli, ita ut inter eos sit locus præventioni; at ubi delicta nec ad animarum curam, nec ad Sacramentorum administrationem pertineant, ad privatam Capituli cognitionem spectabunt.

§. 31. Ad solum pariter Capitulum spectare debeant Causæ Criminales extra Visitacionem agiandæ contra Cappellanos & Mansionarios præfatis Ecclesiis Capitulo subjectis intervenientes; si tamen Cappellanicam vel Mansionariam ex collatione Capituli obtinuerint; & quatenus delictum veniatur circa ministerium illius Officii, aut Beneficii, quod ab ipso Capitulo recognoscunt. Verum si quis ex hujusmodi Parochis, Cappellanis, aut Mansionariis a Capitulo provisus, alterum forte Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum ab Episcopo sibi collatum eodem tempore obtineat, & quidem in hujus ministerio & servitio aliquo modo deliquisse arguatur, quoad hoc dumtaxat, a solo Episcopo corripiendus & puniendus erit.

§. 32. Si quis autem ex his, qui duo hujusmodi Beneficia aut Officia obtineant, alterum ab Episcopo, & alterum a Capitulo sibi collatum, alicujus delicti reus fiat, quod ipsorum Beneficiorum servitium & ministerium minime respiciat, integrum erit Episcopo æque, ac Capitulo, contra ipsum procedere, erique inter eos præventioni locus.

§. 33. Sub appellatione tamen Cappellanicæ, seu Mansionariæ, ac generaliter sub præmissorum Decretorum censura, nequaquam comprehensos esse aut censerì volumus Presbyteros illos, qui de licentia aut mandato Capituli, in aliqua ex prædictis Ecclesiis eidem Capitulo subjectis Missas celebrant, seu aliter in Divinis ministrant, sed tamen nullum Titulum Beneficiale ab ipso Capitulo obtinent; Hos enim solius Episcopi iudicio & correctioni subjacere volumus & mandamus.

§. 34. Præterea decernimus & declaramus, in omnibus supradictis casibus, in quibus tributum fuit Capitulo privatim jus procedendi criminaliter contra Parochos, Cappellanos, & Mansionarios Ecclesiarum ipsi subjectarum, qui tamen de hujusmodi Beneficiis ab eodem Capitulo provisus fuerint; si quando præfati Archiepiscopus & Capitulum negligentes se præbeant in procedendo adversus delinquentes, tunc, & pro ea vice dumtaxat, totam jurisdictionem ad Episcopum devolvi, ac devolutam cense-ri debere; quatenus tamen Episcopus antea ter monuerit, & interpellaverit Archiepiscopum, præfigendo illi singulis vicibus quatuor dierum spatium.

§. 35. His itaque privilegiis, & prærogativis hactenus recensitis, & non aliis, præfatum

Capitulum Veronense, sub ordinaria universali Jurisdictione Episcopi Veronensis pro tempore existentis, in posterum frui & gaudere debet. Nos enim præmissa omnia & singula, prout superius expressa sunt, eidem Capitulo, Archiepiscopo, Dignitatibus, & Canonicis, præsentium tenore, ac dictis, motu, scientia, & potestatis plenitudine, ex nunc, & ex integro, perpetuis futuris temporibus valitura, concedimus & elargimur.

§. 36. Denique quod spectat ad privilegia, & prærogativas, quibus præfatum Monasterium S. Marie in Organis nuncupatæ, ejusque pro tempore existentis Abbates & Monachi, nec non Ecclesiæ ab eodem Monasterio, seu a Congregatione Montis Oliveti dependentes, tam Parochiales, quam non Parochiales, in dicta Veronensi Civitate, aut in illius suburbis, seu prope illam, existentes, in posterum similiter vigore præsentis concessionis, & non aliter, frui & gaudere debebunt; Volumus, statuimus, decernimus, & declaramus, hujusmodi Abbates, & Monachos in dicto Monasterio ejusque dependentis pro tempore existentes, eorumque Conventum, nullam activam jurisdictionem ordinariam, seu quasi Episcopalem, sibi præsumere, aut exercere posse in Clerum quarumvis Ecclesiarum hujusmodi, seu in Populum præfatis Parochialibus subjectum, multoque minus speciem aliquam Territorii separati sibi arrogare; sed tantummodo ipsis Abbati, & Monachis, eorumque Ecclesiis, competere debere simplicem passivam exemptionem, ad formam & terminos Privilegiorum, quæ generaliter prædicto Ordini, eorumque Congregationi Montis Oliveti, ab Apostolica Sede concessa reperuntur. Quocirca Abbas & Monachi præfati pacificam, ut antea, possessionem retinebunt dictarum Ecclesiarum tam Parochialium, quam non Parochialium eorum Monasterio seu Congregationi prædictæ unitarum; ac proinde, quod attinet ad Parochiales Ecclesias, salvo, ac præservato favore Episcopi, jure deputandi in ipsis Oeconomos, quoties & quovis eisdem Rectore delitutas manere contingat, integrum erit Abbati & Conventui præfati Monasterii, futuros hujusmodi Ecclesiarum Rectores eidem Episcopo præsentare, ut, prævio consueto examine, ad curam animarum in eis exercendam, sive perpetuo, sive amovibiliter, pro diversa Parochialium conditione, ab eo approbentur; ac præterea eisdem licebit omnes prædictas Ecclesias, & Clericos earum servitiis addictos, visitare, prout fieri consuevit ab aliis Prælati Regularibus, & Exemptis, non habentibus Territorium separatum; sed tamen integra semper, ac prorsus illæsa manere debet ejusdem Episcopi jurisdictione pro omnibus & singulis casibus, in quibus alii Episcopi locorum Diocæsani eam exercere possunt in Regulares, quantumvis exemptos, eorumque Ecclesias; præsertim circa ea, quæ animarum curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, juxta decreta præfati Tridentini Concilii, & ad formam memoratæ Constitutionis Nostræ, quæ incipit *Firmandis*, aliarumque a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus editarum, & non aliter, nec alio modo.

§. 37. Præsentibus quoque litteras semper & perpetuo firmas & validas existere & fore, omniaque & singula in eis contenta, post obitum tamen prædicti Danielis Cardinalis Patriarchæ, & Archiepiscopi, suum plenum effectum, & omnimodam executionem fortiri & obtinere, ac deinceps ab omnibus, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo & inviolabiliter observari debere; nec ullo unquam tempore, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam

scribam formam redactam ex integro conceduntur.

Abbatibus & Monachis S. Marie in Organis jura in Parochias, Parochos, ceterosque Clericos intervenientes intra suos limites redacta recensentur.

Criminales Causæ Parochorum, aliorumque in recensitis Ecclesiis Sacramenta ministrantium, a quo cognoscenda.

A quo itidem Criminales Causæ Cappellanicæ, & Mansionariarum in præfatis Ecclesiis intervenientium.

Quid si aliquis duo Beneficia, alterum ab Episcopo, alterum a Capitulo obtineat.

Quidve insuper siis delinquant in re neutrum Beneficium respiciente.

Sub nomine Cappellani, seu Mansionarii quinquæ, quoad rem præsentem, comprehendantur.

Causæ private iudicio Capituli reservatæ, quomodo per illius negligentiam devolvantur ad Episcopum.

Capitulo concessa privilegia ad præ-

Claufulæ, & Decreta ad præmissorum firmitatem.

specifica & individua mentione digni, ad ea vocati, & auditii non fuerint, seu ex alia qualibet privilegiata causa, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari ullatenus unquam posse: Eaque sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & declarationibus, quomodolibet, & quibusvis de causis, etiam pro tempore factis, & faciendis, minime comprehendendi, sed ab illis semper exceptas, esse & censi. Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, quavis autoritate & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dicteque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & autoritate, iudicari & desiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Executores dati cum opportunis facultatibus.

§. 38. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostri Episcopis Vicentino & Brixienti eorumque in Episcopatibus Vicentino & Brixienti Successoribus pro tempore futuris, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel unus eorum, per se, vel alium, seu alios, ipsas praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, statim ac tamen illarum effectui locus factus fuerit, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte five Episcopi, five Capituli Veronen., aut Abbatis & Monachorum praefati Monasterii S. Mariae in Organis nuncupatae, seu aliorum, quorum favorem eadem praesentes concernunt, aut alicujus eorum, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant autoritate Nostra easdem praesentes, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, & Episcopum, ac Capitulum & Canonicos, necnon Abbatem & Monachos praefatos, aliasque Ecclesias & loca huiusmodi, caeterosque omnes, quos eadem praesentes quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, illis omnibus & singulis pacifice frui & gaudere: non permittentes eos, vel ex ipsis quempiam desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari: Contradiutores quolibet, & rebelles, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel praeminentiae fuerint, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; ac legitimis super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrariis.

§. 39. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de Jure quaesito non tollendo: necnon Bonifacii PP. VIII. qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel Dioecesim ad iudicium evocetur, seu ne Iudices a Sede Apostolica deputati extra Civitatem vel Dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, vel praesumant, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis autoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis aliorum quoruncumque Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Constitutionibus & ordinationibus, necnon primodicti Capituli, ac praefati Monasterii, & Ordinis, etiam juramento,

confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis Ecclesiis, etiam Patriarchalibus & Metropolitanis, personis, & locis, per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores Nostros, & Sedem praedictam, vel alios quoscumque, etiam qualibet autoritate & potestate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes; illis alias in suo robore permanentis, ad effectum validitatis & perpetuae firmitatis praemissorum omnium & singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie, specialiter & expresse derogamus; aliisque omnibus & singulis contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, nisi per litteras Apostolicas facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 40. Volumus autem quod earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quae eidem praesentibus adhiberetur, si originaliter exhibitae forent vel ostense.

Sumptuum fides.

§. 41. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrae avocationis, suppressionis, & extinctionis, silentii impositionis, revocationis, cassationis, & abolitionis, voluntatum, statutorum, declarationum, concessionum, indultorum, decretorum, commissionum, & derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Sanctio poenalis.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, decimosexto Kalendas Junii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Dat. 17. Maji 1756. Pont. an. 16.

J. Card. Pro-Datar.

D. Card. Passioneus.

V I S A

De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Utinensi

LXIII.

Utinensi Metropolitana Ecclesie Missa de Spiritu Sancto cum certis Collecta & Orationibus celebranda conceditur in die depositionis, seu commemorationis Beati Bertrandi Aquilejensis Patriarcha.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. A studio ampliandi Sanctorum cultum.

NON est equidem, quod Nos in hoc ipso potissimum Apostolicae omnium Ecclesiarum sollicitudinis & procuracionis gravissimo ministerio, imbecillitati Nostrae a Supremo Pastorum Principe Jesu Christo, cujus vices in terris plane immerentes gerimus, imposito, rite sancteque obeundo fere defessos, magis reficere & recreare videatur, quam cum opportuna sese Nobis offerunt occasiones, per quas Pontificiae auctoritatis, benignitatisque partes adhiberi a Nobis petitur in promovendo ampliandoque eorum Christifidelium cultu, quos in Domino confidimus in caritate Dei conjunctos ex hac vita migrasse, & in aeterna Beatorum sitione in Caelis positos gaudere; cum per totum fere vitae Nostrae spatium, quoad Nobis integrum fuit, non omissimus immensos labores impendere, ut praecelara Venerabilium Servorum Dei, Beatorum, & Sanctorum gesta tot editis voluminibus illustraremus.

Immemoria- lis praestitus Beato cultus.

§. 1. Quoniam autem in Metropolitana Ecclesia Utinensi, sicut Dilectus Filius Noster Daniel Tituli Sanctae Mariae supra Minervam Presbyter S. R. E. Cardinalis Patriarcha Delphinus Archiepiscopus Utinensis nuper Nobis humiliter exposuit, Corpus five Ossa Beati Bertrandi, dum in humanis ageret, Patriarchae Aquilejensis viam universae carnis anno MCCCL. ingressi reperjuntur, cui, quemadmodum pariter exposuit, publicus cultus impendi ceptus ex eo Transitus sui tempore, ad hanc usque diem exhiberi pergit, pro quo sane Cultu comprobando necessaria quoque documenta ad Nos transmittenda curavit, atque insimul retulit, in die nimirum defunctionis ejusdem Beati Bertrandi solemnem Missam pro gratiarum actione in Omnipotentis Dei honorem cani, juxta providum sapientisque consilium Venerabilis Servi Dei Caesaris Cardinalis Baronii Ecclesiastico- rum Annalium Auctoris, de Sanctis quoque in Martyrologio Romano descriptis meritis, qui a fel. rec. Clemente PP. VIII. Predecessore nostro oraculum acceperat. Praeterea idem Daniel Cardinalis Patriarcha & Archiepiscopus supplices preces obtulit, ut publicum hujusmodi Cultum ampliari de Apostolica benignitate & auctoritate dignaremur.

Ad preces Emmi Card. Patriarchae & Archiepiscopi conceditur, ut in die commemorationis B. Bertrandi celebratur Missa de Spiritu Sancto cum inscriptis orationibus.

§. 2. Nos igitur, qui laudatum Danielem Cardinalem Patriarcham & Archiepiscopum, ob eximias generis animique dotes, ac Sacerdotales in regendis populis suae Pastoralis curae commissis virtutes, plurimi facimus, magnoque in honore habemus, piis votis porrectisque precibus benigne obsecundare cupientes, postquam omnia & singula ad hujusmodi gravissimum negotium spectantia, matura consideratione expendimus, ac praesertim allata super publico exhibito Cultu documenta, & quidquid de eodem Beato Bertrando illius temporis Auctores gravis nota scriptis suis consignarunt, in hanc sententiam devenimus, atque Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, ut in die quidem, in qua annua in memorata Ecclesia Metropolitana Utinensi sepediti Beati Bertrandi memoria recolitur, & in qua ipsius

Beati Bertrandi Corpus five Ossa reposita sunt, celebratio solemnis Missae cum Cantu pro gratiarum actione in Omnipotentis Dei honorem in singulos annos peragatur. Hujusmodi vero Missa sit illa, quae de Spiritu Sancto in Missali Romano habetur; atque in ipsa addantur Orationes, sive Collectae, ut infra, nimirum, post primam quidem Orationem, sive Collectam de Spiritu Sancto, sub unica Conclusione dicatur: Deus, qui Beatum Bertrandum pro Ecclesiae suae juribus ad mortem usque certantem invicta pastoralis fortitudine roborasti, praesta fidelibus tuis, ut ad pietatis & religionis constantiam ejusdem informantur exemplis. Per Dominum &c. Post alteram vero, sive Secreta: Sacra dona, quae Tibi, Domine, reverenter offerimus in commemoratione Beati Bertrandi, Ecclesiae tuae libertatem tueantur & pacem, & sanctificationis nostrae incrementa promoveant. Per Dominum &c. Post tertiam demum, sive Postcommunio: Praesta, quaesumus, Omnipotens Deus, ut in honorem Beati Bertrandi celebrata mysteria, ejus virtutum imitatores, & tu propitiatione nos dignos efficiant. Per Dominum &c.

§. 3. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, semper firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; sicque & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque praeminentia & potestate fungentes & functiones, judicari & definiti debere, ac irritum & inane quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus, Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscatoris die XVIII. Junii MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Cajetanus Amatus.

Privilegia Monasterii Monialium B. Mariae Virginis, Ordinis S. Benedicti, prope & extra muros Civitatis Aquilejensis, opportuna locorum subjeutorum descriptione, ac definitione jurisdictionis Delegati Apostolici apposita, confirmantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI,

Dilectis in Christo Filiabus, Abbatissae & Conventui Monasterii Monialium Beatae Mariae Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, prope & extra muros Civitatis Aquilejensis, nullius Diocesis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

QUAE ex Apostolica Praedecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum auctoritate & liberalitate Religiosis Domibus ac

Constitutae clausulae & decreta in praemissorum firmitatem.

Sumptuum fides.

Dat. 18 Junii 1756. Pont. 16.

LXIV.

Prooemium. Privilegia non temere abroganda, suis tamen limitibus cohibenda.